

” tum non est assignare, quia non vnam ætatem pro
” trahunt ab eo, sed quatuor, sed septem, sed decem.
” Cuius vim naturæ pro posse, non est pennæ pro as
” signando, etiam iniustum est Iurisconsultis
” hoc legere. Sed quo ad nostrum ingeniũ
” irrisorium vobis sat est inter
” pretatum.

ARCHIDOXIS EX
THEOPHRASTIA PARA,
CELSI MAGNI.
LIBER OCTAVVS.

De Extrinsicis.

THEORIA.



*Q*UIA verò supradicta omnia de in
ternis solummodo tractant infir
mitatibus, sequitur vt de extrinse
cis quoq; loquamur, ac eorum re
media proponamus. Non repetes
mus autem de origine harum infirmitatum, quem
admodum neq; in præcedentibus fecimus, sed duntaxat
medicinarum originem ponemus, postea ve
rò considerabimus Compositiones remediorũ cõ
tra exter